

1617

P O L E M I C I.

1618

CCCCXIX.

204 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 114. f. diversa et currente manu per duas columnas exaratus sequentia in *Huffitarum* negotio complectitur: I. Collatio habita, ut videtur, in *Constantiensi* Concilio, in qua praecipue respondetur autoritatibus adlatis pro Communione sub utraque Specie, et simul etiam de Schismate et autoritate ecclesiae differitur. Incipit absque titulo: *Hic in presenti protestor propter quosdam, qui leuiter capiunt hominem in confusionem. Ideo si in aliquo loco huius collacionis dixero, quod validum non videtur, quod non credo, paratus sum informari &c.* Et finit: *animam in precium aquam lateris in lauacrum.* Contra *Jacobi f. Jacobelli de Miza* argumenta, ni fallor, directa est, et fortassis *Andream de Broda* autorem habet, quem saepius cum *Jacobello* congressum perhibet *Herm. von der Hardt* T. III. P. 14. p. 392. licet Scriptum praesens nec apud illum, nec in *Collect. Concc.* neque in *Mansii Supplem.* extet.

II. fol. 64. minio: *Isti sunt articuli de Tractatu Magistri Jacobelli quem fecit pro utraque specie in layca communione et collecti sunt de verbo ad verbum sicut ibi continentur. Et quidam sunt ex eis falsi. Quidam sacrosancte Romane ecclesie contrarii. quidam sunt contra sanctos doctores et alios catholicos viros. qui-*

dam contra Canones. quidam erronei. quidam scandalosi quidam rixosi. quidam videntur grauiores quam erronei &c. Sunt Articuli LIV. adjecta cuius censura, differente ab iis *Conclusionibus*, quas a. 1415. a Theologis *Constantiae* datas repraesentat *Herm. von der Hardt* T. III. P. 17. p. 586. *Jacobelli* Opus, unde Articuli nostri extracti sunt, habes apud eund. P. 16. p. 416. Articuli vero ipsi nusquam comparent. Eorum finis est: *et sic alia est ratio medicinalis in layco et alia in sacerdote. Igitur articulus falsus.*

III. fol. 73. Epistola elenctica inscripta: *Eloquenti viro domino N. verbi dei seminatore in praga fratri suo in christo dilecto.* Initium: *Pro salutacione in christo ihesu domino. Dilectione fraterna in caritate non ficta ante omnia preporrecta &c.* Edidit illam e Cod. *Helmstad. Herman. von der Hardt* T. III. P. 14. p. 338. tanquam a Theologo quodam in *Conc. Constant.* degente 1415. ad *Jacobum de Miza* scriptam. Mirari vero subit, cur viro solertissimo, qui tot subsidiis ad informandum Opus suum e *Bibliotheca Caes.* adjutus fuit, non subpeditaretur praesens Codex, in quo ad calcem Epistolae nostrae diserte legisset: *Ego frater tuus sincere desiderans salutem anime mee et tue et omnium animarum hominum singulorum. Anno domini M^o CCCC^o XVI finita quarta feria ante lucie, In laticz. Itaque nec Nicolaus de Dunkelspubl,*

1619

C O D I C E S

1620

kelspubl, neque *Andr. de Broda* autor scripti habendus videtur, quamvis *Bergbauerus* in vita *S. Job. Nepom.* C. 2. p. 42. in quodam *Codice ms.* praefixas literas M. A. B. memoret, sed facer quidam Curio Oppidi *Luticensis* in Provincia *Zatecensi* fiti, cujus nomen e vetustis Ecclesiae illius libris, siquidem supersunt, erui posset. Confer tamen et *Cod. CCCCXV — XVII — XXII.*

IV. fol. 83. p. 2. *Iste sunt Interrogationes contra wycleffistas per modum conditionis.* Sunt numero XXXIII. plerumque διλημματοι, et versantur circa *Communionem* sub utraque. Prima incipit: *Queritur utrum illud quod christus in cena instituit fuit sacrificium uel aliquid aliud. Si dicent, quod fuit sacramentum tunc dicitur eis &c.* Citatur per decursum pluries *Sexternus contra magistrum Jacobellum*, per quem, an Scriptum aliquod *Stephani de Palecz, Mauriti de Praga, Andreae Brodani &c.* aut *Conclusiones Theologorum Constantiens.* intelligantur, difficile est dispicere.

V. fol. 87. absque titulo *Mauritii de Praga* Opusculum, quod incipit: *Apostolica docet sententia &c.* Subscriptum: *Explicit tractatus magistri mauricij contra wicleffistas et Hussitas Anno domini M^o CCCC^o. XVII. die XXII. mensis nouembris. Pontificatus sanctissimi in christo Domini Martini Pape quinti Anno primo.* Editioni *Hermannus v. d. Hardt* diem 8. *Decembris* adsignat, apud

quem habes Opusculum T. III. P. 21. p. 779. et in variis *Codd.* nostris.

VI. fol. 92. p. 2. *Incipiunt allegaciones magistri Johannis Gerschin (Gerson) Cancellarij studij parisiens.* Oblaturus iuxta seniorum huius sacri Concilij monitionem *generalem &c.* Extant jam *Cod. CCCCXIV.* et locis ibidem citatis.

VII. fol. 96. p. 2. *Correſio Johannis pape qui in nocte fugit de Constantia longa et valde pulchra et applicatiua.* Ita ad calcem orationis five Epistolae, quae absque titulo incipit: *Alma mater catholica et apostolica ecclesia unica et virgo sine ruga &c.* et finit: *Necque mea interest de hys que foris sunt fatigata fatigari.*

VIII. fol. 98. *Consolacio Johannis (XXIII.) pape ne incidat in desperationem Sequitur et est talis.* Ego (loquitur Ecclesia) *mater pulchre dilectionis et amoris &c.* Finit: *Quia hec est gloria sanctitatis eius qui est in secula benedictus amen.*

IX. fol. 99. p. 2. *Sequitur reprehensio ex persona ecclesie quondam Johannis pape XXIII. Sed nunc et in posterum Baltazar cofse.* Initium: *Tibi ergo fili perditte qui tanquam adolescentior nocte contingente te ex paterna successione hereditatis particula &c.* Finis: *Castigat te dominus et morti non tradidit te.* Tres has Particulas a N. VII. in Libellum et Capita coordinavit *Herm. von der Hardt* T. II. P. 14. p. 296. ita tamen, ut nostra ultima medium

1623

C O D I C E S

1624

locis Evangelii: *Bonus pastor dat animam suam pro ovibus &c. et: Cum persequentur vos in civitate una &c. et adductis Augustini expositionibus. Hussum interdicto subjectum a. 1412. Praga ad tempus discessisse tradit Historia; quidni igitur verba epistolae: Nam me urget conscientia, ne sim absens in scandalum quamvis non desit ovibus necessarium verbi dei alimentum. Ex alia parte timor occurrit, ne mea presentia per interdictum maledice adinuentum sit occasio subtractionis alimenti sancte communionis sacramenti venerabilis et aliorum pertinentium ad salutem &c. ad illum pertineant? Itaque adi Historiam et Monumenta ejus, edita Norib. 1558. f. et invenies Epistolam hanc P. I. fol. 93. omisso tamen Magistri Galli nomine.*

XIII. fol. 107. Examen Clericorum et Laicorum de Doctrina Job. Wicleff et Job. Hufs, inscriptum: *Interrogatoria clericis facienda, et dein: interrogatoria omnibus facienda.* Priora sunt numero IX. posteriora XVII. aguntque de illorum Articulis Constantiae damnatis, de illorum Scriptis, fautoribus &c. in usum, ut videtur, Ecclesiarum Bohemiae et Moraviae excerpta e Bulla Martini V. Constantiae data an. 1418. et inserta T. XVI. Coll. Concc. edit. Venet. col. 751. item Actor. Conc. Constant. T. IV. P. 12. col. 1518.

XIV. fol. 108. *Sequitur commendatio Beatissimi in christo patris et domini domini Martini*

pape quinti. Oratio est gratulatoria habita in electione ejus a Johanne de Podionucis f. Puinoix (corrupte Podiomiris, Podiomitis, Podionitz, de Podio) Lemovice, FF. Praedicatorum, qui a partibus Petri de Luna stabant, Magistro generali, sed in electione Martini abdicante, et ab eo ad Catanenses infulas everso, de quo plura Quetifus T. I. p. 708. Incipit: Beatissime pater ad vestrorum pedum oscula sanctorum alias beatorum. Ego predicatorum Ordinis licet immeritus et indignus iam in XVIII. anno generalis magister pro Christi Vicariatus summiq[ue] apostolatus officio per sanctitatem vestram noviter adeptus. gaudiosum consolatorium virtuosumque exhortatorium vice mei tociusque ordinis antefati humiliter offero sic dicendo: Elegit te dominus ut edificares domum sanctuarii. Confortare et perfice. 1. Paralip. 28. Ni fallor in hoc quod elegit te dominus &c. Subscripta est: Arenga facta Constantiae per R. p. Jo. de Podionicz sacre pagine professorem ac ord. predicatorum generalem M. Coram domino papa Martino quinto &c. Anno domini &c. XVII. Miratur Echarodus, cui Codex noster innotuerat, T. II. Scriptt. O. P. p. 821. Orationem hanc non esse in lucem datam ab Herm. von der Hardt in Actis Conc. Atqui plura vel Viro illi non indicata, vel abs eo praeterita fuisse ex haecenus recensitis liquet. Ceterum et aliam Orationem Noster jam Episcopus habuit in Conclusionem

1625

P O L E M I C I.

1626

fione Concilii an. 1418. 22. April. ut testantur *Acta T. XVI.* edit. *suprac.* col. 747. et *Herm. von der Hardt T. IV. P. 12. p. 1550.*

XV. fol. 110. Differtatio subscripta: *Collatio siue arenga facta in Egra per R. p. magistrum Henricum Toke Canonicum Maderburgensem sacre Theologie professorem. In uocatione Hussitarum et coram ipsis ad sacrum generale Concilium Basiliense &c. Anno Domini Millesimo quadringentesimo Tricesimo secundo &c.* Initium ejus est: *In nomine domini Amen. Duo autem hic principaliter peragenda. Primum est verbum domini humiliter proponendum. 2º de materia propter quam congregati sumus, est prudenter consulendum et ut speramus in domino feliciter conclude dum. &c.* T. XVII. *Collect. Conc.* edit. *Venet.* p. 197. legitur *Enarratio* de uocatione *Bobemorum* ad Synodum, quae inserta etiam est *Historiae Bob. Aen. Silvii.* In hac habetur ad d. 9. Maji: *Postridie apud Marchionem (Fridericum Brandeb. Egrae) Henricus Tocgius eleganti oratione Bobemorum nuntios salutavit evangelicum illud usurpans declaransque: Pax vobis.* Atqui id ipsum *Collationis* nostrae Thema est; postquam enim pauca quaedam alia praemisisset Orator, subdit: *Occurrit mihi verbum istud saluatoris pro Collatione facienda. Pax Vobis &c.* Itaque tota dictione in demulcendis *Bobemorum* animis et Synodo conciliandis versatur, locumque

meritus fuisset saltem in *Mansii Supplementis.* Aliud illius mox ad finem Codicis; *Collatio* vero praefens etiam in *Codd. Caes. Juris Canon.* recurret.

XVI. fol. 112. Fragmentum *Literarum* a Synodo *Constant.* datarum ad *Wilhelmum, Jaroslaum* et *Nicolaum* fratres de *Hazmburg* Barones *Bobemos* an. 1416. VI. Kal. April. pro Religionis tuitione et protectione *Johannis Ep. Litomisliensis* sede apostolica vacante missi in eas oras Legati. Extant integrae in *Ludewigii T. VI. Reliquiar.* p. 69. et T. IV. *Suppl. Mansii col. 119.*

XVII. fol. eod. *Lessus* hiulcus in *Academiam Pragensem* per turbas in Religione motas deformatam, qui incipit: *O mater alma Pragensis — Barbarisus heu mater sordida plena luto — In valore tonitrua contra te ructuat microcosmus &c.* Indigna, quibus inmoremur.

XVIII. fol. 113. p. 2. Disputatio: *Vtrum licitum sit fugere tempore persecutionis ecclesie. Respondetur quod fugere secundum morales philosophos est vnus actus vere fortitudinis &c.* Agitur maxime, quibus conditionibus Praelati et Pastores ecclesiarum inter motus *Bobemicos* sibi consulere possint. Ad calcem: *Hec magister H. toke sub protestatione tamen solita sacre pagine professor.* Aliud viri hujus *Marchionum Brandeb. Ecclesiastae,* et *Archiepiscopi Magdeb.* ad Synodum *Basil.* Legati monumentum de *Autoritate Ecclesiae* citatur ab

1627

C O D I C E S

1628

Herm. von der Hardt in *Prolegom.* T. VI. p. 20. et extat inter *Codd. Caes. Juris Canon.* Alterius meminit *Matth. Ludacus* in *Hist. vernacula s. Sanguinis Wilsenacensis.*

CCCCXX.

619 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 216. 4. a diversa manu conscriptus continet sequentia: I. Tractatum contra Laicorum Communionem sub utraque Specie, qui incipit: *Apostolica docet sententia &c.* estque *Mauritii de Praga*, jam pluries indicatus, et praesto apud *Herm. von der Hardt* T. III. P. 21. p. 779.

II. fol. 13. sequuntur Auctoritates SS. PP. pro Communionem sub utraque Specie, initio ducto ab *Augustino* de videndo deum. *Fieri nullo modo potest, ut hec sacrarum literarum auctoritas ex aliqua sui parte menciatur.* Compiler *Jacobus de Misa.*

III. fol. 26. Secuntur *Super hijs auctoritatibus Auctoritates solutiones et conclusiones edite et per Concilium Constan. approbate quod laici non communicent sub duplici specie.* Earum Autor iterum *Mauritius de Praga*, ut videre est apud *Herm. von der Hardt. l. cit.* qui omnia haec tria Opuscula praesenti Codice adjunctus edidit.

IV. fol. 58. Disputatio contra Communionem Plebis sub utraque, quae incipit: *Nisi manducaveritis carnem filii hominis &c.*

Est *Andreae de Broda*, et legitur apud *Hardtium cit.* p. 392.

V. fol. 73. Opusculum aliud contra Communionem sub Utraque, cujus principium: *Estote sine offensione ecclesie dei, scribitur prima Cor. X. ca. Anno natiuitatis domini M. CCCC. XV. In praga nonnulli ut reor &c.* Apud *Hardtium cit.* p. 658. Ad calcem: *Explicit tractatus de corpore christi in quo multis modis ostensum est, quod laici non debent nec possunt sub utraque specie communicare. Anno domini M. CCCC. XXI. Scripta per Stephanum walttheri nisi de nocte.* Itaque in medio Utraquistarum, a quibus *Stephano* periculum impendisse videtur. Habet Tractatus hic *Mantissam foll. 4.* quam omisit *Hardtius*, ad cujus calcem rursus: *Scripta sunt hec per manus Stephani walttheri.*

VI. fol. 108. Sermonum de Sanctis Sylloge, quae incipit a Festo *Andreae* Apostoli hoc modo: *Uenite post me, congregabimini ad me filij ut annunciem vobis que ventura sunt &c.* et ad calcem sic notatur: *Explicit viridarius de sanctis et in quolibet sermone habebis VII. membra. Anno Domini M. CCCC. XXIII. Obiit hoc anno Joannes Grossus Prior Gen. Ord. Carm. Tolofanus, qui teste Trithemio Scriptt. Eccl. n. 680. et Lucio in Biblioth. Carm. p. 47. reliquit praeter Sermones etiam Opusculum de Ordinis sui institutione et profectu, quod Viridarium dixit, unde fieri potuit, ut Viridarius ad-*
pella-